

risona consistimus tonitrua; cur ad inuidi concutimur clandestinam voculam, quæ vix claustra dentium rupit, & tundit peccatum nostrum, nisi quia opinio in subsidium venit? Aut vera calumniora pandit, aut falsa contorquet: si vera, cur pudet audire, quod fecisse amauimus: si falsa, cur non selectat conscientiam innocentia. Ille solum, qui mentitur, laeditur, licet non paret: alter solum, quia putat.

Cap. 15.

Iniquius nostro infanitus iudicio, quam vercordia. Thrasyllus Exoneus, profectus in Pyram, nanes in album referebat proprium, quæ subducabantur, suas æstimans: hac opinione, si que in portu saluor venerant, immodi gestebat latititia. Mox restitutus menti nunquam cumulatus gaudium haustile dicebat, quam cum vidisset naues non suas serbari. Nos, an fani, nefio; sed, si fani, infaniores sumus: tristitia nostra luimus alienum dumtaxat damnum; & nos integros, tutosque lugemus. Adeò ingenioli mortalium inventores nobis sumus, & petiti fabri, & materia calamitatum. Quemadmodum non nullis auditu, aut aspectu aliquo intacti stupent dentes, sic immunes trepidamus. Ipsa opinio pericula creat, aut est. Qui ex præaltis despiciunt speculis, deficiunt viribus, ut collabuntur nemine in præcepto prudente, nisi cogitatione sua. Nos quoque ipsa opinione pericitamur: illa sciuus faciat nos, quam dama. Quidam effusum humum sanguinem spectantes, nimio miserefendi affectu corrunt animo; cum ipso, qui vulnerati

nerati sunt, sui compotes maneat. Fuerunt, qui sine fletu fecati membra tulerunt alij, qui solum videbunt, nec cum spiritu. Fons itaque ægritudinum animi reperta parabile remedium faciet: nam & Medici actum de morbo putant, si causam norint. Correcta opinio soluit dolorem; innocens non admittit. Si potest deponi incuror, poterit non suscipi. Valebit serena mens, quod turbata. Nonnunquam consterneatione aliò raptus animus, dum intercipit opinionis munia, evasit sensum acerbum. Qui Pompeij cœdi ad fuere, siccis a pœxere oculis, donec Tyrum appulsi ibi afflictati sunt, cum securi interim metus hostilis classis, & solicitude fugæ intercluserat ad alia sensus. Dies quoque medetur dolori, cum docti experimento sumus, nullum tantum esse malum, ut suo iœtu funditus gaudium quasset: minuitur enim sensus asper minori fide opinionis.

## P A D E V S I S . I.

Remedium opinionis est, cognosci.

**N**on leue aduersus hanc momentum putes, Cap. 16. cognosci: si tibi vbiique renunties:

*Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.*

Inuidus mordet, fama tacet, nummus deest, suppellex perit, filius obit, vota fugiunt, discrimina pendunt: Omnia ista si te afflictura conueniant,

P 4 fixo

fixo te siste pede, & puta: Non ista sunt, quæ me lacerant mala; sed opinio, qua indico esse mala. Non potest ita esse. Non res; sed cogitationes meæ pessimè de me merentur. Horreō paupertatem, quia horridam puto; & dum puto, horrorem mihi incito: at latè Aglae fuit, felix Tello, affectata Diogeni, quæsita Cratet, pertinax Demonaci, gloria Epaminonda, studiofa Horatio, iusta Aristidi, secura cunctis. Comitii succidit? Vnde percellor, nisi quod putem? Verbum fuit, non fulmen; vox, non saxum. Stabilius animus, quam corpus est: pudeat, stante corpore, ruere animum. Vnde penetrat vulnus? Illæso thorace cor lauciatur: ergo telum, non vicinum modò, sed domesticum est; non deforis, sed interne dirigitur; opinio propria perculit, non sermo alienus. Quid inde si taceam, nisi quod tacebit maledicis? Citiùs molestus ero illi silentio, quam defensus responsione. Quid inde mali, si patienter feram? Nec digitus, nec pulsus derit; in nullo artu dolor hæc ibit ergo dampnum solum opinionis est. Phantasia mea me pungit, non dens æmuli: si nolim ægrè ferre, fatus sum adiiciam, vindicatus sum: taciturnitate mea signabo maledicuum os: si vtrumque pandatur, turbo ingruit: vehementem ventum inter duas percutium fenestræ non continebis, nisi claudas alteram: è neutra iam perficit. Nolui respondere Dion, & saluis fuit, noluit concertare Cato, nec ignobilis fuit. Inæqualibus viribus armis à maledicibus prouocatur: non tenetur.

netur. Facillimum est pessimis male audire, & maledicere, vtriusque exercitio affuerit: at optimis maledicere, præter votum, male audire, præter morem; illud non volent, istud non solent: & voluntas, &c. exercitium absit.

Mortem formido? Non illa mala est; sed eius Cap. 17. opinio: si non putetur mala, tractabilis est: quæ miseris est optabilis, salutaris erit felicibus. Desinet illi mala pati, isti agere. Quid calumnior? Malorum terminus bonus certè erit: aut nulla alia mala sunt, aut nullum malum est mors. Cur ægrè ferimus finire, que ægrè ferimus durare? Res in se non sunt implicatae, nostra sibi repugnat æstimatione. Quid? Mortem non metuo; led modum: ne violenta sit. Certè qui nolens moritur, hic violenter moritur. Quid? Ne ignominiosa sit. At, nulla turpis mors honestè viuenti. Quid? Ne subita sit. Iam & morbus bonus videretur, cum optetur nam, si malus sit ipse, & mors mala. Cur vtrumque volo, & altero non libenter fraudabor? Nulla morituro inopinata mors debet esse. Si omni hora expectetur, in quacumque non nimis citò veniet. Quid? Ne immatura sit. Omni mortali matura mors est, fortasse & sera: antè venire potuit. Vnam solum intempestivam semper fateor, sed malorum: nam omnis opportuna bonis. Quod citò nauigauerim, non dolerem: cur, quod naufragium breue sit? Nullam immaturan mortem dicat, qui potest semper mori. Subtilia ista, dices: an & vera? Egrium Epicteti monitum: *Quemadmodum ad*

questiones & sophismata nos exercemus : ita quotidie contra phantasiam exerceti nos conuenit ; ab illa proponuntur nobis questio[n]es. Tametsi tria tingendarum rerum pigmenta , op[er]ationes , coniuctudinem , affectum Pyrrho censuerit , ebriosus primum est , & cui postrema seruantur , cum quo miscentur .

## Cap. 18.

Propter ea opinio[n]is onera præcipue alleuanda sunt , & nullo melius , quam sui consideratio[n]e . Quemadmodum , qui incubone , & graui insomnio premuntur , angorem leuare interdum solent inter vana illa phantasiaz pondera , commemoratione status sui : Somnium , inquiunt , istud est , non ita re contigit . Atque in se reflexa cogitatione , quod somnient , licet somniantes etiam , solatium aliquod anxietatis capiunt : ita , dum graue quid videtur pati , attento animo dicamus : Istud opinio est , non est malum ; sed imaginatio mali . Sic elidentur tristitia nostra iniungentes , grauissimi vigilantium incubones , &

## portenta cordis sauentis :

alioqui leuia & vana confringent nos , & expiriment per ora languorem . Si vasculum casu conciditur , præ iracundia mente concidimus ; quid fragilius testa , aut vitro ? Cur ob id fracto es animo ? Quomodo non es consilientior luto , in quo omnia tela fortunæ debent infringi ? Quid frenades , minaris , irascitis ? Cape Epicteti præceptum : Memento ex his esse , quæ ita fiunt : memento testam ex his esse , quæ franguntur . Minuta & leuissima sauciant opinione grauiter ; præfertim si

si ita suffumigetur flammis : at ratione sola luitur . In exemplum narrabo , quod accidit difteritissimo Galeno , etiam animorum eximio Medicis . Is comitem itineris Roma rediens habuit Gortynensem ciuem , pluribus quidem rebus non contempnendum , simplicem virum motibus , officiosum amicis , frugi secum , liberalem ad sumptus ; sed cuius omnes istas dotes corrumpebat præcipiti phantasia furor . Cum iam essent Corinthii omnia , quæ vir ille supellec[t]ilia secum vehebat , vna cum ipsis seruis naui tradidit vehenda à Cenchris Athenas usque : ipse mercede conducto veliculo terrestre iter Megaris instituit . Cum iam Thriasium attingerent , seruos , quos habebat secum , rogauit de quadam supellec[t]iliis illis cau[m] absuit . Quid responderent , immemores , vbi eam seruissent ; inter plura non facile erat meminisse . Talem huius ignorantiae opinione admisit ille . Vt furor pereitus , vbi nihil aliud habuit , quo adolecentulos cederet , gladium vnu[m] cum ipsa vagina arreptum in caput binis ictibus mortalibus infligeret . Quid offendit illum ? Serui : Minimè : innocentes erant : fuerant & diligentes . Ergo opinio laetitiae iniuriam illi fecit : semi officium præstiterant . Agnouit mox ipse : nam , vbi ad fluorem sanguinis è vulneribus aduerteret animum , Galeno , & focus reliktis , illico pedibus iter ingressus est , ne ipso præsente expirassent : minus censuit se dignum vita , qui minus in potestate sua fuerat , pro itacundiaz ritu & errore expediture ab alio poenas

penses à se prius exigentis. Sed ,cūm occurrif-  
fent focij , facti penitens , Galenū manu ar-  
reptum Megara introdixit in domum quam-  
dam : deinde lorum porrigena , cūm se ipsū  
exuisset , iubet verbatē pro iis , quæ furō ne-  
fario patrauerat : seruilit̄ corripi voluit , cūm  
iuris lui non fuisset . Galenus in risu fluxit : ille  
ad genua vrgebat precatus , ne aliter faceret.  
Tantò maiori risu Medicus commouerat , quan-  
tò illum diutius pertinacem ad sui supplicium  
videbat . Postquam sati diu certum vtrinque  
est , recepit se Galenus , facturum quod postula-  
bat , illaturūmque verbera , si ipse quoque valde  
exiguūm quiddam , quod Galenus peteret , vi-  
cissim p̄staret admissit . Tum doct̄us Medicus  
etiam curandos animos , quos non verbera , sed  
fana verba sanant , rogauit hominem , ut sibi ser-  
monem quendam recensenti accommodaret  
aures ; hoc esse , quod postulabat . Paruit: mox  
prolixo Galenus & salutari sermone exposuit ,  
non verberibus , sed ratione medicandum esse .  
Ille sibi prouidens adhortatione Medici nun-  
quam salutarius , longè poſthac se ipso melior  
effectus fuit , correcta opinionis iniuria . Unicum  
mortuum remedium , ratio est . Noui & ipse biduo  
abstinentem cibo omni , & luce fœminam , lo-  
lum tenebris & lacrymis incumbentem , ob in-  
teriorum catuli : pari caligine corpus damnauit  
mens circa : caruit ratione recta , efficaci opinio-  
nis pharmaco .

At , cui non suppetat rationis fides , sufficit  
opinionis

opinionis mala fides : meminerit esse pessimum  
peruigilij infomium . Male audiebat Pyrroni  
opinio : nihil putabat malum , nisi quod putar-  
ret . Noluit putare , & ad constantia miraculum ,  
aduptionem , sectionēmque ylcerum adhuc sine  
oris contracōione tult : adeò securum est , non  
putari mala , vt vel si fallamur , & sim mala , non  
erit malum . Quomodo , qui nihil malum putat ,  
formidare potest ? Certè si tristari poterit , non  
timere : maiorem portionem miseriae saltem  
præcedit . Plū vexamus timoribus , quam malis .  
Solent quidam , ventris mancipia , ita autē per-  
cupere ganeata cibaria , vt sanguin suam simili  
sapore inficiant adhuc ieuniū . Pueri quandoque  
portionem hausturi amaram p̄fuent acerbi-  
tatem , formidine humorē inquinante linguae .  
Itaque non cibus , non potio mulcebat , non acer-  
babat ; sed opinio . Iuuat existimationem malorum  
deponere : licet sint , minis tristabimur ; nihili  
lo ista fraude fraudabimur , nisi curis .

## PÆDEVSIS II.

*Cap. 20.*  
Vbet adiicere usum opinatiæ facultatis ,  
abusu suo iam refutato . Eadem & virus no-  
stræ hilaritatis , eadem antidotum meroris po-  
test fieri : nocet , sed valet mederi : ex ipso scor-  
pio medicamentum sui morsus premitur . peritia  
in

in hoc est, non tantum innocua res facere, sed feliciter peruertere, ut salutares faciamus. Eadem vis, si dirigitur, iuvat; si flebitur, nocet. Dominatus equum non macerat impetus, sed erudit, & ipsam lascivientis pulli indolem ad elegantiam instituit: ita rerum apprehensio, quamvis, cum fallax est, peccatis gaudij sit, habet suos reatos usus: ad animi pacem educati potest. Ex calunnia ista male apud Philephos audiuit opinio, suis inventis miseria nostra conditionis augeri. At & ipsa clementia latitiae, subsidia fortunae potest reparare. Bifariam rerum claves degellimus: aliae mutabiles, quae nostro arbitrio non pareant: aliae immutabiles, & quae in manu nostra sint. Ad illas aequalibus suspendimus momentis animum, & sub neutro cohibuimus voluntatem impetu: sive odio, sive amore periclitatur; mutabilia sunt, & extra cordis ius; necprehendere illas, nec ablegare satis possumus. Quare aut ereptis, quae in voto erant; aut adiunctis, quae in fastidio; angor indubitate venit. Deest, quod cupidus; adest, quod odimus. Hæc sunt omnia elementa metroris. At, quia configere cum rebus nudis & aridis, vt sic dixerim, harum semper eximendo formidinem, illarum extinguendo cupidinem, possibile, sed difficile est; fauebit propria aliqua opinio, quæ commoda specie purpuret, aut cruentet illas, & , propterea opus fuerit, pingat, vel ad merus, vel illecebras. Etenim dolorem siccum nuda frontis sua austritate, & intento respectu, qua dolor est, & sauit,

ciat,

ciat, appetere agrum est: at, si ratio mitiget, & non ad vultum illius horridum dumtaxat respectet, sed circumspectat vindicta, iam cicat, & tractabilis erit, si ratio dicter illa. Quid sensum committis? Excipe dolorem animo, nullum in hunc ius labor vindicat: nullus dolor maior patientia est: omnis minor est gloria: si breuis, virtus longeva est: si longus, gloria eterna est. Lewis est patientia volentis, & gloria patientis non leuis: utraque ferendus est, & exiguis dolor propter patientiam, & grauis propter gloriam. Quid, si instrumentum istud sit bonorum? Quid, si alyum superioris fortunæ? Quid: homo es, non Deus. Dammnum doloris penset istud bonum, meminisse tui: gaudeas te nosse. Quid malum adhuc putas? A Deo nullum malum est. Deus voluit. Anne minoris est voluntas Dei, quam sensus tuus? Quid: Haec tenus contumax perfisti? Irafcere, indulge affectui, funde bilem, si tollere dolorem potest: si profici, impatiens esto. At, nullum extenuat impatientia malum, impinguat omne. Gemis: sed non frendeas. Feras agre tantum dolorem: ergo velles minorem. Sed ne cesset, feras non agre: quia, si nolis, magnum facis. Patientia solum minor redditur. His, aut similibus mitescet opinio rei acerba.

Itaque non licet calumniari imbecillitatem Cap. 21. humanam, quod sua adæquare vota nequeat, neque pareant res cupidini: tantumdem enim arbitrio cadit: nequeunt percellere nos, nisi apprehendantur, & renuntiet imaginatio, aut pacificas, aut

aut hostiles. Hoc de nostris est. Ita est proprie<sup>t</sup>e nobiscum a<sup>c</sup>tum, quandoquidem sub nostra manu non veniant res, quod earum facies veniat, qua vel terrent, vel pelliciunt. Nihil nostrum in rebus est, nisi iudicium; & satis hoc est, non minus ac si ipse: vt dimittere, aut admittere acerbias, vel lueues pro libidine sit. Aequè compedium est gaudij artificium, sub nostra recidit arte: vt libet informare res, licet. Non tunc es es inter scorpios, dipladas, sepedones, natrices, dryinos, viperas, si ad te accedere non possent, quam si accedentes suum pestilenti mortuam transmittere nequirent virus. Aequè incolumis mares, si tuo arbitrio fuisse motus venenantium, aut venenum: sine isto innocentia sunt. Quid refert extra ius nostrum res esse, si earum acies iuris nostri est? Opinione nostra, aut instruimus, aut spoliamus. Virus, aut salubritas, & sapor rerum iudicio nostro funditur. Arma iam concedimus, iam tollimus: at exerem militem vel timidus non pauebit. Edentulus aper est innocens; mancus virus, ludicus; cæcus basiliscus, sanus: in nullum est malum sine opinione nostra, que, vt scit mala deformare, nouit & bona comere. Hac parte iuuandi sumus: huc illa fleckenda est. Si ictum teneamus sensum, admittere partim iam liceat duas Epicteti ansulas: una allueiat correptas res: altera grauat. Nequit fortunæ ingenium ita teres, aut bonum, aut malum architecti, quin opinio nostra nesciat offendere demissum aliquid, aut eminens: hinc læuigatum,

uigatum, inde exalperatum. Quod isto respectu umbra mali subnigrescit, illo radiat boni specie: si recta contemplemur, frons pulchra patebit. Artificiosum quoddam genus picturatum pro respectibus figuris variat: si oblique obtueraris, arctem istinc videbis, aut asellum: si aliunde, leonem, aut bouem; si recta, elegantem faciem. Non aliter colores mutant res: aut luridae dantur, aut festiva. Eadem contemplabatur Heraclitus, quæ Democritus, sed & diuerso situ: illius excitarunt fletus, huius cachinnos. Idem metalum neglexit Curius, dilexit Crassus. Sub binis omnia formis spectare licet, torna & eleganti.

Quin, ipsius formæ elegantiam turpi latere, Cap. 22. & contemptibili potest videri specie, (vt istud quoque ad exemplum sit,) si ea intuaris parte, qua temporis foro est, qua animi extranea. Quid letaris re omnium fragillima? Ipso deliciator vitro forma est: istud sine ictu non perit: silla sine vulnere cadit: non est opus, vt pereat, nisi quod existat: durando interit: dum seruitur, perditantes omnium fugacissima: non est stabilius tempore: cum ipso fugit. Non est opus, quod atterrat hostis: si contine tempus, unde sistere speciem. Diffinit substantia nostra, accidens sine statib: Vis scire, quid sit Exspecta, scies, quod non sit. Quid amas, quod, vt vota tua feliciter cadant, peritum est? Amas formam, sed non odisti vitam: senio forma perit, ante senium morbo. Non est pretiosa species, nec valetudo, nisi cum animo specioso & vegeto. Sunt venena,

Q. quæ

quæ admisitione alieni succi salutaria fiunt: numquam periculosior mens ægra, quam in corpore fano.

Cap. 23.

Ambiguae itaque res sunt ad contemplationem nostram: sed ansula salutari comprehendendi oportet. Visus est Androcidas ineptus miles, quod claudus descendenter in aciem, & propterea increpatus: alio tamen latere ille sumpsit, & suum tutatus est consilium, & ad gloriam torfit dickerium: Pugnare, inquit, non fugere, mihi propositum est. Theramenes, opinor, siue alius aliis Lacedæmonie animus, innocentii capulo prehendit fatum: letus, ridensque damnationem mortis exceptit; risumque torquenti maleuolo ad legum, Lycurgique contemptionem, Ego (respondit) gratiam habeo illi, qui ea me plectit multa, qua sine mutatione & verlura potest solui. Scilicet, sana ista ansula leuis fuit: grauissima leuibus animis mors, & mala malis. Lacones, siue trecenti, siue sexcenti fuissent, qui aliis ex omni Græcia effugientibus Xerxes relieti sunt, suam quoque causam honorare fugam possent. Non erat spes victoria, sed sepulcris: non tarde expectabatur vinci, sed obrui: fatis gloria fuit, quod tardarent. Niniūm fecerunt, quod dubitarint; nec pudor erat non sperare vincere, à quo retum natura vieta, maria, montes. Aliud est prælia; aliud desperare. Maxima potius ignominia, si illos primos Græcorum vinceret Barbarus sine teste virtutis; hostium dumtaxat arbitrio commissa fama: sed gloriolus altero

tero artipiebatur mors latere. Vnde tremor: Saxa commilitones erant: angusta Thermopyla latent animos: natus erat locus paucis: non numeretur Lacon, sed aestimetur. Sparta niros non habet, nune habet: iuerunt, non fugerunt socii: superflui vii sunt: non reliquæ Spartanos, sed elegerunt. Licet dicere: Hic meus est dies. Non iam defendatur Græci, sed pudor. Aliis non suisset dedecus fugere: Laconice infamia deliberasse est satis. Si victoria incerta est, gloria est certa: ad certam victoriam Atheniensis venifcent. Lacones ad certam mortem stare solent. Quid? Fugerint socii? Nec sequendi sunt, nec reuocandi. Cur istud primum in Atheniensibus Sparta probabant? Aliud imitari licet, non fumgam. Montes mutauit Xerxes: discat esse, quod vincere possit potius, quam mutare. Offendat Barbarus aliiquid difficile, ferire Laconem. Proh pudor! inter hostes fugere, inter fugientes tardare! Qui vicerunt stando Græcos, vincent vel cadendo barbaros. Paucis maior gloria vincere erit; minor iactura vinciri; nullus pudor. Hisne fatis præponderans opinio verget? Archius, Triarius, Portius, Cæstius habuerunt, vbi se funerent.

At, si quoctumque flectere opinionem licet in Cap. 24.  
nature fauore, in virtutis experimento; cur non in fortunæ iracundia, & ea parte arripere, qua non viri? Pauper si: nō respectes diuitias, vt instrumenta voluptatis; sed, vt tomæta virtutis, discrimina fortalem. Euge, liberalior virtus est, quam fortu-

na: non dat repetitura; non negat necessaria. Solum non dat, quod datum nocet, quod ademptum proderit: solum eripit, quod relictum lredit. Quid interest, exuat calus: consilium, & virtus induet. O inepte, remedium paupertatis praesentissimum habes, non desiderare. Tantumdem est, habere, & non cupere. Quid agre fers paupertatem? A te pete, quod deest: locupletissimus eris. Dabis tibi, quicumque nolis. Ille diues solum est, qui a se mutuum accepit: iste solum nunquam eget. Vixtu splendido cares? Ne putes gustum, sed naturam: illi nihil, huic parum satis est. Satur non eris: sed eris lanus fortasse, & bonus. Exiguo in vixtu exigua est voluptas, id est, malitia. Gaude necessitate virtutis: sponte non fecisti, quod debes: post istud quid melius, quam facere coacte? Si angustus non est cibus, laxa erit gula, capiet omnia vita. Quid? Delicias queris? Ipse Epicurus in oletibus & abstinentia voluptates suas posuit. Repulsam pataris? Ne iacturam voti intuearis, sed pericieni. Tuta mediocritas est. Nulla tibi iniuria, sed ambitioni tute: huic ipse prior iniuriam facturus eras. Imitanda est ars naturae; ea parte adhærere, qua conuenit. Hoc alii amilla inter se compagine pacificus constat orbis: ignis aërem ferè in dimidio sui aduersatur, aëris aquam, aqua terram: sed eo colaherent latere, quo amicant. Ignis siccitate latatur, aëris humiditate summa: ànne propterea horrent, & discedunt? Minime. Callent manus pacificas necltere; alium de

## Præcepta topica in vñu opinionis. 245

de querunt se amplecti, & communis ligantur nexu, caliditate. Aqua quoque, & aëris frigore & calore se hostiliter fugarent; amica tamen utriusque humiditate se oscularunt. Terra pariter contempta ariditate, init cum humore federa, quā frigescunt: ita inter hostiles impetus amor est. Nos tamen pigro iudicio res arripiimus: contraaria ansa prehendimus, qua nos vrint, qua aduersissimae sunt.

Præcepta topica in vñu  
opinionis.

## L O C V S . I.

## Ex comparatione fortune.

**A**Tqui, vt possis te solerter fallere salutari Cap. 25. opinionis vñu, aliqua memoranda sunt præcepta. Primum sit comparatio fortuna. Sapienter Barbarus sapiens ait: Non est malum, quod cum alio comparatum bonum est. Amisisti bona? cur propterē tristaris? Alij caruerunt: læti viuunt. Quin ipse nondum adeptus illa, nouisti, quid sit ridere. Renovatus es in statum capacem gaudij, expertus fuisti, risisti. Quid modò mores? Habes minùs, quam sperabas; sed non quām eges: quid mirum, maneas citra spē,

Q; si

si supra spem ambis? Sperasti plus, quam debes; si tute habes minus, quam sperabas. Fateor, amisisse aliqua: sed retines alia. Cur obliuisceris omnium? Scito manuisse plura. Non omnia perdidit fortuna, sed tu, cum non memineris. Puerorum more excandes, quibus cum una nux eripitur, praे iracundia excutunt e manu omnes; dum aliquid negatur, omnia nolunt. Inuidet tua respicis, cum iniuria cuncta habeas ob rem vimicam, qua abest. Abstulit aliquid fortuna? igafce; quia plura dedit; & ipsum, quod abstulit, meruit a te alicuius rei patientiam. Fortasse, & postea emendauit hanc injuriam, & ante redemit. Plus est, quo te delectes presentibus, quam erexit. Pauca abstulit fors, pepercit pluribus plus dimisit, quam rapuit. Diffunde mentem per restantia, ne putes infortunium, potuisse plus habere. Compensat gaudium possessorum, sensum amisorum. Ne respectes ablata, sed relieta. Cur miserum te putas, qui si conferas te cum miseris, felix eris? Gratificare potius, quod habuisti plura, quod pauciora habere posles, quod adhuc habes: plura, scilicet, quam ali habent; imo quam opus habes, & quam habere es dignus. Aristippus opulentum prædiūm amisit, anne propter ea doluit? imo lætus solatus est dolentes. Amico, siue adulatori, qui agrius rulerat, nisi fixisset, iacturam alienam, Nonne, dixit, tu prædiolum vnum habes; mihi tres restant fundi? Cur non doleam potius tuam fortē? Sapienter duplii collatione pharm-

cum

cum temperauit fortunæ: respexit, qua habuit ipse: qua non habuit alter.

Quid adhuc putas perdidisse multa? Com- Cap. 26.  
penſa lancem timoris: si multa amisisti, pauciora, & pro paucioribus metues. Cur te putas miserum, quod perdidisti, cum te beatum possis facere, si non desideres? Injustus es, si ius suum repetendi mutuanti integrum non feruas, si non permittis suum arbitrium. Ne damni loco habeas restituuisse, sed lucri accepisse. Memento diu habuisse, non diutius posse habere. In ista autem conferenda fortunæ industria cauendum est, ne attollas oculos, ne sursum lumina iactes: per inferiores cliuos dimitte, & dilata obtutum. Nulla, quantumvis magna fortuna, se contenta est, si maiorem, aut æqualem videat. Nulla tam tenuis, quam non magnificet minor, quam non soletur tristior. Hoc interest inter ista corporis, & rufia bona temporis mancipia, atque inter bona animi & virtutis: in illis respiciendi sunt, qui minus habent; in his, qui plus. Cuius si desideres causam, ista est. Temporalia contemnenda sunt, æterna exoptanda: respectus enim minoris felicitatis solutus, & mitigat auidam cupidinem. Aspectus maioris virtutis prouocat & incendit animum, dispiciens inde, quantum tibi superfluat fortuna, quantum deficit virtutis. Iuuat præterea dispatium comparatio, fortunæ, inquam, cum virtute: ut istius gloria leniat illius vulnus. Agidem tantoperè animauit contemplatio virtutis, & innocentiaz bonum, ut vitio prouocaret

Q 4

fortu

fortunam, imò fata: ipse lictorem plorantem, trepidum, anxiūmque solatus est: erexit ad opus; quia suam fortunam cum virtute coniulit. Sic, inquit, iniuste, & contra leges mortiens, longè melior sum, quām qui nuper morte damnarunt. Hæc inquiens, vltro exhibuit collum innectendum laqueo pro gloria sua torque.

## LOCVS II.

## Ex contingentia.

Cap. 27.

**A**liud corrigendæ opinionis pharmacum dabit contingentia, rerumque anceps casus. Pretiosam supellecilem magni habuisti, aut vnicum vnonem, aliudve inuidia pignus, auaritia prædam? amisisti: hac tecum ratione, ne dicam, solare, lætare: Perdidì supellecilem: sed in columnis sum. Mea salute gaudeo. Multos perdit auaritia, non dumtaxat propria, aliena etiam: utriusque discrimen equali. Multi à furibus occisi, à seruis interempti: culpa fuit, diuities fuisse: ablata illis vita, vt auferrentur nummi. Anne ipse priuilegium impetravi ab inuidia, ab auaritia, inexorabilibus tyrannis? Quod alicui, omnibus contingens est: quod omnibus, mihi. Ergo, si ob ista fortune crepundia occidendum fore, libenter sic transtigerem discrimen: perdere omnia, ne perirem. Dedere viatores crutinas latroni, nauigantes merces Oceano, vt fe redimerent. Minus ipse dedi, & saluus sum.

Me,

Me, & mea amisurus, vt me feruarem, latus concederem mea: gratularem mihi, gratiam aliis haberem. Quid mihi ad istam letitiam nunc deest? Supererit potius. Haurio istum spiritum: iacto hos attus: viuere me sentio: melior nunc mea conditio: cur tristior faciam? Cum vita sum, & nulli gratias deboeo: neminem rogau; anceps non fui, non mendicau.

Honore publico depositus es, & procuratio- Cap. 28.  
ne exauditoratus? Negue iltud graue putas. Anne,  
si procederes, iurabis, nulla fore contrahenda  
odia? nunquam ob iniustam functionem, aut in  
uidorum calumniam, eò venturum, ne cum mu  
nere opes, honores, amicos, appendices fortu  
nae, vitamque poneres? Si præficius quis huius  
tuae fortunæ sauiture, ne tanta calamitas te  
obrueret, pecuniis & sollicitudine res solletter  
prouidisset, vt honesto titulo deponeretis, quo  
præoccupares infelicem sortem, gratius illi fui  
fles, etiam sine munere tuo. Quid modò irascer  
is: Habes, quod tunc optares, opes, honorem,  
amicos, vitam; insuper, quæ amico fido pro gra  
tia largitur eras. Gaudie potius. Infida fortuna  
tibi fidelis fuit, & liberalis: gratis abstulit dan  
num: debebas aliquid soluere, vt auferret. Agro  
tas: dolor pungit, anne & istud sine solatio? For  
tasse & cum letitia. Minus malum iam aliquod  
bonum est. Nemo non gaudebit bono suo. For  
tisan dum langues, magnum aliquod facinus for  
tunæ eludes. Robore, valetudineque si firmus  
es, interim aut fracundia tua, aut petulantia

Q. 5

aliena

aliena in foro prouocatus offendis illum, qui tuo iugulo repararet iniuriam suam. Nónne malles suisse in lecto, quam in fenero? Quo prelio illum emeres languiorem, redemptorem tuum? Nummos, an artus ipsos dares? Si opus fuisset, oculos: dexteram extenderes secandam. Non adéquantur membra vita.

*Debilem facio manu,  
Debilem pede coxa:  
Tuber adstrue gibberum,  
Lubricos quate dentes:  
Vita dum superes, benè es.  
Hanc mibi, vel acuta  
Si sedeam cruce, suffine.*

Quid mores? Vitam modò habes, mox valetudinem, insuper sanam dexteram. Numeras artus tuos, nullus abest.

## LOCVS III.

*Ex respectu finis.*

Cap. 29.

**S**it etiam caput dirigendæ opinionis, rerum Capita, vultuque respicere: fines suos dico. Vix inquam ita se pandunt res, quam in exitu. Visa est Moysi virga manui sua socialis, qua se iuuabat, horridus serpens: atteruit illum, fugauit, donec canda extrema apprehensa, redditam statim est, quod fuerat, virga, inquam. Plura, quæ ad subsidium nostrum sunt, timemus, fugimusque alienis formis terribilia, & virulenta visa:

alia

alia falib[il]ia apparent, quæ venenata. Ne ictam priorem obtueamur faciem; sed finibus prehendamus suis: tunc quod sunt, videbuntur. Finis rerum, caput est. Vtique: nam notificat. Capite, & ore quemque dignoscimus, non tergore, non occipite. Audimus sapè, omnia ista bona temporis cedentia, diuitias, voluptates, honores, nihil esse. Vnde ista notitia? Ab exitu, in nihilum facta essent: inde nihil esse dicimus, & discimus: nihil, inquam, boni & necessarij: nam sapè aliquid, aut plurimum mali sunt. Scorpius venenantem non tinebimus ex adulanti ore; sed à p[ro]ximo postero morsu. Qui virus voluptatis velit noscere, extrema respectet: initio palpat; exitus, exitium est: fine suo pungit scorpione perfidior. Prudenter itaque Phalaris scribit: Sapientis viri officium est, ante verba, rem ipsam; ante rem, diligentius quoque exitum considerare. Exitum voluptatum considera, penitentiam, aut precipitum. Quid: Exitum considera omnium, tecumdam mundi ianuam, mortem. Audi, & hauri Samium monitum:

Mū δ' ἀκογίσας ταύτην ἔχειν μὲν μηδέπερ τοπιόν  
εἴθεται  
λαβεῖν τοπιόν  
Iam ex ista rerum clausula panditur veritas. Aliquid aſſueſas: ſed  
Omnia nihil putabis; et si aeterna forent, praeter cognoscere, quidā  
te: vno peritura, omnia tecum tibi peribunt, mori, facio  
etiam non pereantia, nec peritura. Iuuat ultra  
fines rerum, etiam reliquias suas, & veluti cine-  
res prospicere. Quid post diarium voluptatem  
reſtat?

restat? Longa penitudo. Quid post laborem honestatis? Lætitia æterna, gratulatio, laus: istæ sunt reliquæ virtutis. Anne sanæ mentis erit, commutare longam, vitalèmque voluptatem virtutis pro brevi cupiditatib; & dolore æternos?

## LOCVS IV.

*Ex comparatione temporum.*

Cap. 30.

Iuvat, ut transfilias damna rerum, quod ipsas iudicio transcendas. Quid erit, postquam fuerint? Trans voluptatem te iace, & saltu supera. Qui cœnosum riuum offendit, si transfiliat, non se inquinabit. Cogita frigida ista delectamenta præterita, quid tunc erit? Non optabis futura, contemnes præsentia. Quid transacta voluptate retinebis? Nihil. Mentior: imo multum; sed penitutinis, sed fastidij, certè si non ipsius voluptatis, tui ipsius. Quantum ad oblectamentum, cum ultra sumus, omnes aequales erimus, & qui fruiti, & qui priuati voluptate: quantum ad pessimas, quas habet, reliquias, deterior coditio affligit gaujos. Age, nolis: sed acceptam habeas iucunditatem felleo subdidentem situ. Aestima te iam frumentum. Idem habebis frumentus, atque caritrus: nisi quod id minus, si careas, morsum cordis, penitentiam; si frutis, securitatem, virtutem. Compensa gustum illum peregrinantem pro constantia vita hujus, pro aeternitate future, pro gusto conscientiae mansuro.

In

Cap. 31.

In his quoque, quæ cortice exasperata sunt tristi, lugubræ, quotquot sinistra manu fors gubernat, transfer te post mensem, aut annum: cogita iam te oblitem tui vulneris, & reconciliatum fortunæ; perinde iam lætaturum, ac si nihil accidisset aduersi. Præripe modò, quod postea habicurus es. Tempus medetur dolori. Nonne istud opinionis argumentum est, illâ potius, quam dolore dolere? Quod potest labilis dies, poterit stabilis mens, corrigerem opinionem, extinguerem sensum. Pulchillus perinde contempnit recens nuntium defuncti filij, ac si iam multis annos rescisset, sine gemitu non interrumpebat precationem. Solennia pontificalis carminis verba concepit, dissimilans audire, quasi iam scisset; aut fæpissime, & cum fastidio audiisset. Solum id, quod ad præsentem curam videbatur spectare, neglectum & perfunditorie prouidit. Hoc tantum dixit: Cadaver igitur, quod vultis, projiciere. Aëstimauit filium non immortalem; nec consitentius quid, quam testam, qua conscientia, fragmenta nihil curantur, eruto nucleo, putamina prosciuntur. Ita sine nucleo, homini mente, corticem cadaueris neglexit.

## LOCVS V.

*Ab exemplo.*

Nec leue adminiculum præstabat comm. Cap. 32.  
moratio exemplorum. Non ad inceptum  
peffimo

peccatorum solatum, qui societate condolentium recreantur; & dum plures miseris vident, beatores sibi crudelissime videntur: sed, ut pudet agere ferre, quod multi moderat & tranquillè; nonnulli latè tulerunt; alij cupidè, & cum diligentia supra patientiam. Composuit Python Reginus mortem cum gloria virtutis, & animo provocauit concives, ne, ut parcerent sibi, parcerent hosti. Alligatus à Dionysio machinæ, quam pro expugnando Rhegio paraverat, murisque admotus, ut machinæ, in qua cunis de patria benemeritus erat, parceretur, exclamat Python, ut tela illuc contorquerent: se enim si gnum libertatis esse. Vnus fuit, cui damna precaria fuerunt, qui periculum flagitauit. Monemus præterea conditionem nostram. Cogitatio humanitatis onera sua magnopere leuat. Non Dij sumus; sed mortales. Quæque dolemus, appendices mortalitatis sunt.

## LOCVS VI.

*Ex prouidentie ratione.*

Cap. 33.

**C**ETERUM in plurimis, fatorum consideratio Demetrium impulit, plurisque antiquorum ad malorum opinionem ponendam, aut portandam; scilicet, necessitat lex coegerit ad patientiam. Nobis validius adiumentum est opinionis leniendæ, non necessitas, sed voluntas, diuina, inquam. Quid acidum putare possumus, quod

quod illa propinat? quid malum, quod illa conferat? Non trahimur fatis, dicit nos Deus. Quod? Ad se. Quia? Ne istud roges: nam nec aurigam ad unam virgemin orbitam; nec nauclerum ad unam periodum. Qualibet vehant, dum, quod volumus, veniamus. Ipsorum munus est nolle itinera. Cur Deo prescribimus leges via, quas auriga non patitur? Quid quereris? Salebrofa dicit semita: Compendiosa est, securaque: in modo iam salebris carebit; si putes vectorem Deum, si futum iter. Cum Deo pugnare vis, si resistis. Istud prouidentia solatum, magnorum animorum est, & maiori otio dissertandum.

## PÆDEVSI S III.

*Distractio ipsius opinionis.*

**H**is opinionis salutaris industriis obmutat. Cap. 34. Tescet voluntas nostra, quantumvis præcax fuerit: etenim placibilis indolis est; ignavia solùm disciplina fetocit. Iam non vocerabatur vel species boni, quamlibet ratio obiciat, aut substituat. Puerili itaque modo fallenda est. Cùm puer mixta singultibus balbutie cultellum poscit, mater negat, & semouet, ne se vulneret filius: augentique puero fletus, substituit pomum, aut nuces, quibus ille iam conticet latens. Ita cupiditati nostræ aciem fortunæ postulant, aliam boni innocentiorum faciem sufficie-

re

re oportet, quia quieter. Quia tamen non porrigitur per superficiem hic vultusnam profunda res est veritas, ( nec enim omnino falsus est Democritus;) fidat mens, donec luceat suum aurum. Effodiunt auari thesauros, donec aliquid reperiant: in isto laboremus, donec nihil. Distinxtius animus est, qui hoc inuenit; omnia, que vulgus querit, exaggerat, nihil esse. Sciamus uti libertate nostra: sciamus gubernare intellectum, pretiosissimum tranquillitatis organum: hinc inde congeramus rationes, donec pessimam communemus opinionem; si minus ponamus, & distrahamus; nec, que cogitamus mala, cogitemus. Memoria rei graui etiam grauis est. Nocentiores regulo sunt res, & inhumaniores, que non suo, sed nostro nos sapere perdunt respectu: nec corpus situd futile fauient; sed mente. Pessime de nobis meremur, cum iis, que nos tristant, haeremus; nec audemus transferre ad alia mentem: & si forte aliquando rapta aliò fuit, nostris malis statim restituimus; non aliter atque infantes, qui cupientes tractare ignem, licet doleant, rursus tangunt. Igitur ad adueretas res, cum praesentes sunt, non aduentamus; cum præterita, non recordemur; cum futura, solum prouideamus, non formidemus. Vlceræ, quo plus tractantur, ipsa nostra manus magis corruptit. Ignorantia infortunij obstat mortali: eadem vis inerit obliuioni, inerit incogitatio: idecirco dolores sponit dies. Quid dolemus calamitates istas futilles, que solum ignorantem

ratione sacrifcentur? O fallacia bona, quorum gaudium, aut dolorem, fallit ignorantia, aut oblio: O mendacia bona, quorum sensum ipsa nostra deceptio decipit! Quid affligimur ob vacua ista fortuna: munuscula, qua perinde est habere, atque carere: vt oculo panis verus, & pictus stomachus solum sentiet damnum. Non quod habemus, gaudemus; non quod amisimus, dolemus: possumus ob illa gaudere etiam carentes; possumus mereri etiam possidentes. Si dimidium thesauri fur abstulisset auaro, dum nefcisset, letaretur, si cœta securitate, suis funestis nummis, perinde ac si possideret: cum nihil auferatur, sed renuntietur vel vnuis ablatus aurens, dolebit: namque opinio nostra solum nos verberat. Infortunium ignorantum non laedit fortunam: & non cogitatum parum offendet.

## PÆDEVSIS IV.

**H**Æc dixerim pro his, qui tundere ipsam Cap. 35. frontem malorum non audent, vt saltæ foribus se clausi tarentur. Omni medendum modo est dolori: alioqui strenuum, & neruofum animum opto, validum veritatis alumnum, ipsius firmamento stabilitum, quam vbiique gaudeat respicere, gaudeat sequi. Nemo confitans, nisi veritatis allecla. Nullus stat animus, nisi

R quem

quem impellit ratio. Bellè itaque Diogenes, fortuna dixit apponendam fore animi fiduciam, legi naturam, affectibus rationem. Quid enim fortuna proceras pacat, nisi impavidus animus? Quid ita ius dicit, & colit, nisi natura? Quid ita sitit, congelatque cupiditates fluctuantes, nisi ratio? Veritatis natalitia sunt è ratione, cælo, Dco, qui prima eius stirps est. Opinionis vero, quæ summa quedam est veritatis, & vacuus vultus, è sensu & face ista rerum origo dicitur: ideo illa honorabilis, & patriam suam sapiens, æterna, constans, constantes suos sequaces redit; ista vilius, labans, mutabilis, suos quoque clientes versat simili infirmitate: illa animi Consul; ista pessimus corporis Tribunus: illa solum pro anima pugnat; ista pro corpore repugnat, magna stipata caterua, & discordi tumultu. Vna est veritas, & eadem, & ad omnia accommoda. Verè à diuinis Augustino, & Prospero, dicitur lex omnium artium, & ars omnipotentis Artificis. Vna veritas lex erit omnium virtutum, norma omnium morum, vnum semper sentiens, idem iudicans. Vna est ratio sui similis semper: opinio multiplex, & sui diuersa, contraria probans, falsa laudans. Quare, qui constantiam, basim felicitatis querit, vna ratione fundari oportet. Vnus erit, qui sequitur illam; varius, qui opinionem. Iannam simplicem veritatis habemus, mentem, multas opinionis valvas, omnes sensus, phantasiam, cupiditates, passiones. Egregie adiecit Stoicis Proclus, non solum ex opinionibus pas-

fiones

siones moueri; sed etiam propter passiones & impetus permutari opiniones; quandoque ex optimis pessimas sèpè reportari: ita per diuersa improbi & ignorantes appetiti, & sibi, & aliis repugnant; multiformes, & discordes secum: non mirum, quòd ab aliis diffideant. At, qui ratione sunt prædicti, ab eodena superiore canali lucis vniuersam hauriunt cognitionem. Itaque eleganter ait ille: Omnes sententiae veræ, sunt filiæ intellectus: sorores sunt, concordant omnes. Propterea, qui probus est, sibi & aliis probis consentit; vnuus semper secum, & inter plurimos idem. Occursus præterea rationis, & perturbatae imaginationis distrahit a se improbum. Habet, vnde videat verum, haber, vnde ignoret: secum idcirco dissidet enim discordia argumentum est penitentia, mitigatis passionibus sequuta. Praeauer plerumque ignorantia, languente obruens igniculum mentis, omni modo mortalium vitam tenebris corrumpens, & in vniuersam & priuatas actiones, nec alterac cæcos hoc & illic facit impingere.

Ergo, qui pacis gaudia, qui tranquillitatem Cap. 36. amat, qui constantiam, qui felicitatem, cuius eximia dos immutabilitas est, & aternitas; veritatem amet, qua aternabit virtus, stabit pax, manebit letitias in solido sunt. Recta ratio, omni expiata opinionis sèce, focus iustitiae est, lat virtutis. Sancta res, mens est: igniculum sacrum in conscientia perpetuo euigilantem seruat, pignus, scilicet, felicitatis securius quam pruna Vestæ,

*Cuyam ha-  
bere anti-  
quisimam  
insegnan-  
tiam veritatis.*

imperij arrhabo, & custos. Inquirenda igitur semper est veritas, & acri iudicio vindicanda, & velut extorquenda è rebus, extorta amplectenda, semper ananda, & , vt Philo eleganter ait, opere *πράξεων ιδίων ἀριθμού*, *τίσιν* ut, quidquid dixerimus, pro iurato sit, quidquid cogitauerimus, pro inspirato. Sermo nem, ut sacramentum vereamur; iudicium, ut oraculum; & bonam voluntatem, ut praeceptum diuinum. Magno aliqui luemus negligentiam, aut si non queramus, aut non lucremur. Plus quam ignorantia nocet scientia inefficax. Priscos illos sapientes, ob vnius veritatis otium, diuinus Apostolus traditos ait in passiones ignominiae, in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, maliitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos iniuria, homicidio, contentione, dolo, indignitate, sifurrones, detractores, Deo odibiles, consumptiosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fraterno, sine misericordia. Adeò in tot mala, & ignorantias diuincta est vnius rei scientia contempta: scilicet, tanta ignoracionis rea fuit notitia ignorantie similis: meruit fieri, quod est visa; scilicet, meruit esse, cuius tantumdem fuit.

*Cap. 37.* Quid est, quod nihil agrius feramus, quam mendaces dici; nihil libentius, quam esse? Pudet audire, quod decipiamus; placet decipere; &, quod miraberis, placet decipi. In nemini majori

maiori surgimus stomacho, quam in seductorem nostrum: sed seduci, molliter, imò beatè ferimus, atque, ad incrementum iniurie, non ab alio, sed a nobis. Sæpe manum obtendimus veritati fulgurienti: tenebris gaudemus, vt viliæ, & noctuæ; nisi quòd nos fine venia, sponte sequimur, illæ natura impelluntur. Ignominiosum, & pusilli animi est, tacere veritatem ob mortis minas: anno & propter mortem, aut vacui honoris expectationem, velle decipi, & si bi imponere honorificum erit? Ägyptij rationem vite quotannis exigentes ab exteris, damnabant morte mentitos; rati indignos vita, qui de vita sua falsum dicerent. Nonne innocentes erimus, qui vitam ipsam mentimur, &, ne bene viuamus, decipimus? Diligenda veritas est, cui debemus viuere, & esse: omnia ei debent, quòd sunt; capient ab ipsa, vt bene sint. Sublimiter Zorobabel ait: Πάτερ ὁ θεός τῶν ἀληθινῶν καλῶν, καὶ ὁ ἔργος ἀντίων εὐαγγεῖλος, καὶ τάν-<sup>Omnis etiā</sup> mat, & calū-<sup>veritatē clausus</sup> ta τὰ ἐργα σπέσια, καὶ τέμενος. Addit Athana-<sup>et benedicit.</sup> sius: Πάτερ ὁ θεός τῶν δημιουργῶν, καὶ τῶν ἀνθετα-<sup>et omnia</sup> σύντονος, καὶ εὐαγγεῖλον, καὶ τέμενος. Grati veritati opera qua-<sup>suntur, &</sup> sumus. Si non amamus, ne oderimus:  
si oderimus, tremamus:  
non sumus securio-  
res celo.  
\* \* \*

B

10

res calo.

**simus. Si non amamus, ne oderimus:**

**si oderimus**, tremamus:

non sumus securio-

res caelo.

\* \* \*

1

## PÆDEVIS V.

*Sensus veritatis attingendus est.*

Cap. 38.

**A**d alterum iam mentis peccatum opem alaturi veniamus: peccatum enim, aut iudicis falsis, aut languidis, tamotis veris; sed adeo hebetibus, & iqualentibus, ut cum fortissima, lucidissimaque regum sit veritas, non dimicet, nec micet. Diximus iam de perfida impositione iudicij falsi; nunc de languore, & segnitie veri reliquum est disserere. Itaque remissus iste torpor, si non nocentior, non utilior erit. Brachium exangue & mortuum, hærens vegeto humero, licet non doleat, non iuuat: ita sunt quædam iudicia vera; adeo tamen friuola, ut cor nequaquam foveant; adeo lassa & flaccida, ut illud non concutiant. Ita sunt cogitationes, quas egregie Alchuumus paralyticas dixit; sine motu sunt; nequeunt porrigit voluntati manum; nequeunt gubernare lacertum. Eadem sententia à duobus æquè audita, æquè probata, vnius fodit & mordet cor; alterius nec lambit. Quin in te ipso eadem nunc veritas mordet, mox nec adlatrat: quia cum languore, & incommodo gressu, aut minimè opportuno subit mentem. Ponus illius plerumque est, quo pæco cadat, ut quadrat: nam aliquibus non infider, nec ipso sentitur assensu. Eleganter dictum est, hos audiendo non audire. Sæpe contingit, audire hominem loquen-

Sensus veritatis attingendus est. 263

loquentem; & non audies, quid loquatur: si à longè vocem mittat, aut summissam, audies clamorem, audies susurrum; non audies sermonem. Perinde est audire, ac non audire. Ita est. Sunt quidam assensus mentis efficaces, clari, penetrantes cor: alijs summissi, quos articulatio veritatis non ferit, nec penetrat suus aculeus. Audient veritatem, non quid loquatur veritas. Quot sunt, qui verissimum habuerunt, qui sæpius audierunt, quod magnus Antonius, quod Simeon Stylika, quod Franciscus, subita sapientia: sed retinuerunt suas opes, &c, quod peius est, opera, vita? Eadem fuerunt verba, & ab eodem Authore: alios tamen subeunt, ut integræ, alijs excipiuntur ignauerit. Quoties fortunæ cum instrumento suo respectus, & memoria ceruenti Sesostris surrectam non flexit? Curru ferebatur auro, pellucentibus lapillis, & pretiosis celato unvionibus: quadrigam fecerat ex Regibus deuictis, quos iugo imposito subiunxit trahendo carpento: adeo bruta superbia est, ut bruta putet homines. Anne nunquam labentis sortis exemplum ille vidi? Nunquamne rotantis felicitatis nomen eius excepti auris? Sæpe, credo. Anne falsum putauit? Non opinor repugnasse. Cur non motus, donec vnum ē ingalibus Regibus aduerit, qui in currus rotam frequentem iacebat aciem, curiosè retrospiciens volubilitates eius; & rogatus à Sesostris causam assidui respectus, admirari dixit rotam instabili latam modo; alias aliter volutam, nunc sublimia de-

R 4 mitten

mittentem, nunc denixa sublimantem. Intime tunc veritas hæsit; instabilitatem fortis, quam Barbarus saepius audiuist, tunc timuit; atque sua conditionis, perfidaque felicitatis fidem capiens, dissoluit deinceps maiestatem superbam soluta ē ingo maiestate captiuia. Quid est, quod omnes calumnientur fortunam; omnes rerum humanarum splendorem dicant inanem vimbram, omnia vana, omnia nihil esse; & hoc ipsum, quod affirmant, non teneant, nec in viscerre suo inspiciant veritatem? Non intelligunt, quid sit, nihil res esse: magni enim eas faciunt, & sui sensus contradictione pro illis excruciantur. Si tenerent, quod dicunt, nec gressum ob illas impenderent. Illud, quod nihil est, nequit arreptum ad se trahere cor. Summa essentiae, & eius qui omnia est, robur est istud. Patentur nihil virtutis praferendum: non ita putant nihil minoris re ipsa habent. Ideo plerique pulcherrimis mentem exornati sensis, egregiis veritatibus, turpi languore sidunt inertes, ignavi; ut cum alios impellant ad honesta, ipsi legnes confistant, & hoc ipso recedant, indocti eorum, quæ docent. Per somnia loquentem, alij potius intelligent, quam ipse. Cithara sonat aliis, mulcetque; ipsa nec audit, nec gaudet. In corice duimtaxat iao tractant veritatem; credunt ibi esse: sed suo non taxano pretio, nec dignam opere censem. Qui checam, qua asserunt gemme solent, conspiceret exteriori, gemmas crederet ibi latere; pretio tamen iusto non posset estimare: ita quib[us] b[ea]titudinib[us]

b[ea]titudinam placitis exteriori veritatis vultus reminet; non tamen satis estimatur, non perspicitur medulla sua.

Bifariam itaque, attentione, scilicet, & fide, *Cap. 39. 72.*  
fouendi sunt hi languidi, & velut missantes sensus, ne tantum dicantur, sed audiuntur; nec tantum audiuntur, sed intelligantur; intellectus que committat manu, & iuuenit gratiam, cuius necessitatem commendabo semper: at, licet nihil sine illa possimus, iuanda est, quamvis & hoc subsidium etiam sit ab illa, & post illam. Igitur, quemadmodum ut percipias, aut procul, aut tacite loquenter, attentionem auges: sic, ut has ipsas veritates, quas tibi loqueris, teneas; attende voc, & sensu tuo. Dicis, compendium cupiditatum esse laxamentum cordis, spatum felicitatis: sed ad istam vocem non aduertis animum, non attendis, quid dixeris. Cur quis siturus fortunam, vota auges, opes cupis, honores ambis: O inepte, his ipsis, quibus queris felicitatem, perdis. Te non tenuisti. Itudine non est cupere, querere diuitias, vigilare vulgo, & fama: Attende, ista cupiditates sunt, quas compescendas dicas. Collige te in te: dispice, quod cupiditates disti, & quid sit cupiditas.

Ceterum, & aliorum interpretationi stato, *Cap. 40.*  
si obtutu in precordia veri non subeunti parum cernis vim omnem veritatis: crede: fidem opera sequantur. Quemadmodum multa facimus alieno ducti testimonio: ita quedam sensa verae mur ob alienam fidem & exemplum. Fundum

illum veri, quem non perspicimus, suspiciamus, & bona fide bonorum operemur. Ita Philosophi, ita Sancti fecerunt: ego vel inuitus sequar, etiam gemens imitabor. Hæc, inquit, veritas adgit ad magna, compulit ad ardua, ad honesta. Anne frustra? Minime. Igitur, si me non vrget, exemplum ipsorum me vrgebit. Credam, si non meis dictis, alienis factis. Sequare. Exemplum alienum sit pro sententia propria. Surdum manu, & scripto alloquimur. Si rationem meam non satis audio, respiciam aliena facta. Credam non leuen, quæ non leues concusserit viros. Istudne verissimum? Diuitiæ, & omnia bona temporis famulanta nocent amanti: nec ipsis satis pensatur boni sui contemptus. Non te cedit ista veritas? Credes fortior es, quam putes: fac, quod vides facere videntes illamaut, si non imiteris, æmulare. Ecce Cratetem impulit ad rerum suarum naufragium: dein corolla redimitus acclamauit libertatem sui animi, cum iam se negaret mancipium auri, mali sanè heri, iæterici & pallentis. En Serapioneum nudauit. En Filius Dei non habuit, ubi caput reclinaret. Quid fidem meretur, nisi ista probata sententia? Superfluunt probationi testes: dedi tres; darem tercentos. Non tantum exempla æmulationi, erigendisque animis serviantur: imagine enim virtutis irritamur; & quædam tacita superbia, & fortasse, si aliqua est, alutari, virtutem, quam videmus, aut inuidemus, aut presumimus. Sed rationi Philosophiæ opem ferant. Credimus, nō sine magna ratione, magna

&amp;

& ardua cepta & vieta. Fidem quoque tuam sequere in his, quæ aliquando fecisti rationis furore: postea, cum languet apprehensio, mento præteriti impetus, qui te vicit: nunc conatu voluntatis compensa lentorem iudicij. Dicas: Istud aliquando feci, aliquando sensi. Ita est. Cur non modò faciam idem? In fide antiqui decreti operabor, ut bonus sim, nec rationem expectabo.

### Alia præcepta contra opinionem.

#### P R A E C E P T U M I.

##### Premeditari mala.

**A**D cognitionis quoque spectat usum aliud *Cap. 41.* malorum pharmacum in ipsa valeridine sumendum. Gratiora sunt medicamenta, quæ præuertunt morbum, quam quæ leniunt. Nemo in conflixi ipso expectat armari: veniat iam miles in aciem cum lorica. Ante ieiūs fortunæ præmuniendi sumus. Nec inducias otio Dux corrumpit: ita fortunæ inducisi aduersus ipsam utamur. In ipsa securitate periclitemur, quantum in pericula possimus.

*Quamobrem omnis, cum secunda res sunt ma-*  
*xime,*

Meditari

Meditari secum oportet, quo pæclo aduersam ornum ferant,  
Pericla, damna, exilia: peregrinans semper cogit,  
Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filia:  
Communia esse haec: fieri posse: ut ne quid animo sit nouum:  
Quidquid præter spem tueri, omne id deputare esse in lucro.

Prudentia nos aduersis fortunam præstruit. Aegræ, dum percillit, sapimus. Quod prius fugit subitam fortunam, conilium est. Turbat repentinum vulnus; occupat improbus dolor; relinquit sensus non prius mollitus præfusione. Itaque ad utramque fortune manum adornemur, & cuique operi præmitamus exploratores cogitatus, quales exitus eueniunt; quales eventus obueniant; quales interueniant casus. Eosdem tibi potius expecta, quam timeas. Regularis est fortunæ instabilitas: neminem excipit ingenio suo. Si inquieta omnia, labantia, molestaque videbitis; compendio penitentia ne ordiaris, nisi necessarium opus sit: inaequalis pacio erit certi angoris, anicipitis exitus. Fatuum est, confidientia perfida fortunæ numerata molestia emere spem: vicinum huic puta, cum periculum est certius exitu. Amentis est, sine causa, sponte, aut gratis periclitari. Hoc erat ex his, quorum Caro dicebat penituisse, si iter, quod pedibus posset, mari confecisset. Secura via vadendum est,

est, & secura inuadenda. Nec inutile differim fortuita alicuius hospitate expiatum. Quod si opus necessarium sit; & satis ad hoc, si honestum; nulla enim maior magnæ indolis necessitas, quam virtutis; tunc non est despondendus animus, alacriter inuadendum est; neque caco impetu. Non, οὐ τραπέζῃ. Itud Biantis & cogitandum, & faciendum est. Leanza fertur, cum catulos defendit, oculorum aciem defigere, ne expuecat venabula. Generosior est virtutis mos: erigit, tergitique frontem, & patentia discrimina fereno, securiorque intuitu lustrat, occurrat. Extra ius fortunæ est: nihil fortuitum videt: omnia expectat. Hac sapientis tessera, præmeditari cuncta. Nihil, iuxta Antisthenem, nouum, aut subitum putat: iuxta Democritum, nullum euentum miratur.

Duo sunt præuisi laboris commoda; prouidentiæ, unum; tolerantiae, alterum: deuntant plures, placantur cæteri. Thaletem præuisio diuauit libertatis. Non minus quaestuosa præuisio sterilitatis fortunæ, præmeditatioque malorum fortuit sapientem. Neque minus est ad ostentationem Philosophiæ, quam Milesij prouidentia. Iaculis perfectis corpus furamur: subducit præuisio animum malis: scit illudere, dum eludit. Quid? Fugare labores, aut fugere non possimus? Cognitio illos mitigat. Quid est, quod senio pereant? quod antiqua mala manuficiant, tollantur veruitate, medicante tempore? Anne vis est in die? Est in cogitatione, & diuturna familia

militariitate. Quemadmodum nimia conuersatio minuit reuidentiam : ita malorum familiaritas eorumdem timores extenuerunt. Vtus pro ratione est. Dies medetur malis; ita & meditatio: atque utraque callus obducitur morori. Quædam enim consuetudo laborum , cogitatio est: iam tractantur, dum putantur. Dolorem, quem alij diu sustinendo, sapiens diu meditando lenit: alienorum malorum experientiam habet. Quid: quid factum est, non solum ait, Sciebam: sed, Tuli:

*Non vila laborum,*

*O virgo, non ami facies; inopinatae siorgit.*

*Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.*

Maiora videntur subita: negant enim spatiū considerandi, quantula sint. Indulget dolori pœnitentia inertis; quasi præcauerit potuisse, si præuisa forent: auget enim ægritudinem culpam. Subite mutations sedunt nostra corpora: ita animos fauiant. Vicissitudines anni subeunt paulatim: non saltu ab hyeme in aestatem itur; intercedit ver; ne repentinus ardor quasit valedudinem. Meditatio præparat mentes ad malorum æstus; quemadmodum verus tempor artus. Quis is, qui omnia humana prouidit, non putat iniuriam propriam, conditionem communem: tolerabilia credit, quæ videt multos ferre, omnes posse.

Cap. 43.

Nunc leue erit, quæsiunculam Simplicij soluere, cur præuidenda sint mala. Hoc potius videtur, ad longæ uitatem doloris, vitam produce-

re

re ægritudinis: diutius dolebimus, quam opus sit; scilicet, antequam dolenda sint, & cum sunt. Quod necessarium est pati, non est patientium, nisi quādū necesse sit; nempe, minus quod possimus, ne prouidentia nostrā miseri fierimus. Adiice & Epicurum reuocantem mentem à malis: putabat futuros omnes in ægritudine, qui se putent in malis, siue sint expectata, siue inueterata; inutilēmque meditationem futuri mali, forsitan non futuri. Si futurum, odiosum satis suo tempore esse; nec opus est sempiternum fieri cogitatione nostra: si non futurum, frustra sponte dolor suscipitur. Cur sine induciis angendum, nunc mala tolerando, nunc cogitando? Verū, aliud, opinor, est, cogitare mala; aliud, præcogitare, quæ possim mala cogitare: immo hoc ipso præcogitanda censeo, ne cogitentur; id est, ne opinio nos fallat mala putando. Iniquam rerum æstimationem non excuso: siue in ipsis malis, siue ante ipsa, noxia est. Maxime autem iuvat præmeditatio infortunij, ne tale putemus; id est, ne sit. Præterea, est sius aliquando vtus præuisi damni, adhuc quando opinione mali fallimur, vt extenuetur, vt leuiter fauierit, vt fortasse effigiatur. At, si nulla melior spes sit, nec tollendi damni, nec extenuandi doloris; tunc neque Cypriano probo, neque Epicureos damno: nihil enim inutilibus, & infrugiferis animis proficien viua mala, nisi maturate formidine dolorem. In viuierum autem uictoria fortuna præsentia, aut præterita, quæ nondum obducta cute sunt, iuuat

cos

**Cap. 44.** eos non attendere, qui nondum experti sunt gloriam refendit aperta fronte: at futura aliquando, sed non semper, maxime constantibus, qui præsulio sua extrema damnatione faciuntur, neque ut fert anilis fabella, præuisus basiliscus perire, ita mala præuisus definitur esse.

Igitur premeditatum sunt humana homini, ut  
nolcamus, & cum his pacem transfigamus cor-  
dis, decretaque officij honesti firmemus,  
ne deturbent animum assultantes casus. Com-  
meatus ad omnem actionem sit contingentium  
contemplatio. Cape huius rei exemplum è penu-  
stoico: *Ότια ἀλαζοί τίνος ἔργη μέλλει, οὐδό-*  
*κυρσος σεαυτὸν οὐδεῖν εἰ τὸ ἔργον.* Edūt λεπτόδειος  
ἀπίστε, περιβάλλε τεαυτὲ τὰ γνώματα εἰ βαλ-  
λεῖν, τὰς απορρεύουτας, τὰς εκπροσώπους, τὰς αιδο-  
νομογνούτας, τὰς κλεψίστοις καὶ τὰς ἀποκλεισθεῖσ-  
ταις επινομογνούτας, τὰς ἀποκλεισθεῖσ-  
ταις καὶ οὐδεῖν εἰ τὸ ἔργον. Οὐτὶ εἰδὺς λέπτος θίνει,  
καὶ τὸν εμαυτὸν προστίθειν καὶ οὐσίαν πινεῖν. Καὶ  
τι μετειστρέψει, τοιαῦτον εἶπεν ἡ θεὸς δι, ἂν Τι τρόπος;  
Εργον ειτι, λέπτος ἐμαυτὸν, πρόχειρον εσαι, Διότι οὐ τέλος  
σολιμνοῦ, σειράς μόνον, αλλὰ καὶ τὸν εμαυτὸν προστίθειν καὶ  
οὐδεῖν εγκατατίθεσθαι. Ιηρότατε δι, εἰδὼν ἀγανάκτιον  
επίστη λαγωνέα. Oportet itaque in singulis  
adibitionibus adornari ad duo, ad actionem, & ad  
passionem; ad firmitatem, scilicet animi, ad pa-  
tientiam. Sed & rerū conditionē prae noscere iuvat.  
Singulis in rebus quoque vel de Salutare quoque aliud cape præceptum: Εἴ τινά  
sollicitum, τινά φοβούμενον, τινά συνεχέον, τινά σερ-  
φοντα, τινά Λυχναργύριον, τινά Χρειασθεῖσαν, τινά σερ-  
 diligenter, μερισμόν, μετανοήν, πεπλήσσεν, διατίθεντα, ἄποτα πο-  
μενον, πεπονθεῖσαν, τινά πεπονθεῖσαν, τινά πεπονθεῖσαν, τινά πεπονθεῖσαν  
επέργησεν.

*Alia praecepta contra opinionem.* 273

τεργίσεις καλεσθέντος τὸν αὐτὸν, ἢ ταραχήσθαι. Αὕτη διανοεῖται  
ταυτὸν σωτῆρα καλεσθέντα, ἢ γυναικά, στὶς αἰνέσ-  
τον καλεσθέντα ἀποβαθρῇ τὸν λυτὸν ταραχήσθαι.  
Anaxagoræ factum probauit dicta Epicteti, &  
Eutropidis auditoris, nuntiata filij morte : Scie-  
bam, inquit, me genuisse mortalem. Nec contra-  
xit frontem, nec madefecit genas. Eadem mor-  
talitatis contemplatio aduersus liberorum fati  
armauit Periclem, Bibulum, Quintum Maxi-  
mum, L. Paulum. Dedit natura vitam filiis, arbi-  
trio suo vitium exigit, cum liber, debitum. Mémori-  
nē illi fortis sua sine admonitione : non enim  
in doloris nostri culpa est natura ; sed stulta spes  
mortaliū, immemor mortalitatis. Nostra credulitas  
nos decipit: inopinantes cædimus. Incisio esse  
mortalitatis nostra, magna amentia est, oblitos  
ignavia, infensos maxima impudentia. Xeno-  
phon vterius mentem iecit non vita, non morti  
genuisse filium putauit; sed virtuti, & gloria.  
Nuntiata gnatī morte, depositū coronam, (in-  
ter sacrificandum erat:) renuntiata causa, quod  
strenue in pugna cecidisset, resumpsit : proposi-  
tum tunc habuit.

Sed & sapiens propositum suum semper habet, namque omne aduersum præmeditatum & præsumptuum videns, nihil videt contingens, non præter votum, appetitum, opinionem, nec consilium suum. Cuncta cum exceptione facit, capitique; immo cum quadam reverentia fortunæ, (cuius tamen maxime cõtemptor est,) nisi aliud vel nihil cum fiducia eius, votet, sed cum con-

ditione & confessu. Ita inter humanos casus extra humanos errores est, imo & miseras. Eueniunt illi omnia, ut cogitauit; & cogitauit, ut eueniunt. Vult fieri cuncta, ita vt fiunt; & fiunt, vt vult. Cum incerto euentu & fraude sui voti, semper compos eius est: ictud enim maximè sibi proponit, proposita sua posse falli; esse aliquid, quod illis repugnet: hac arte praevenit omnem pugnam fortis. Hinc sit, ut leuissime saucietur destitutione sui voti: nam leuissime vout. Non spondet sibi fortunam, non sibi successum promisit, timide desiderat, aut verecunde, & imbelli cupiditate. Quare irrita parum dolet. Ideo nunquam fallitur consilio suo, nunquam destitutur cupiditate: scit fortunæ licentiam: cum fortuna venia cupit.

## P R A C E P T U M I I .

## Expectare mala.

Cap. 46.

**A**T qui præter ea mala, quæ actionum, remunque appendices sunt, aut in vicinia latenter, (quædam enim, quia necessaria sunt, nunquam sunt timenda; alia, quia incerta sunt, semper expectanda, alioqui perpetuò miseri, aut aliquando nimium miseri erimus; necessaria semper sauciabunt nos, inexpectata grauissime;) oportet lustrare vigilanti obtutu omnia decumanæ fortunæ tela. Non confisi, non magni, sed insani animi est, plura sibi bona polliceri, quam mala;

mala: horum numerus vincit. Obvia vbique sunt. Cur non occursum plurim & vagantium potius præsumes? Quin insperata expecta, quæque adhuc extra vsum sunt fortunæ. Quid si fallaris? Non, credo, trasceris, nec graue postea duces expungere grauissima ex tuo tolerandorum albo. Quid perdis, si non veniat iacura, quam putas Lucraberis potius Lexitam frustrati timoris. Ictud constantie pensum est, ad omnia stare: omnia sibi putat restare. Pernicem fortunam, si non ignauit, more arguit. Ita prævenit omnia terribilia expectatione sua, ut cuicunque dicat: Serò accedis: diu mansi in spe: nunquam in timore.

Subita illa vulnera Job sera fuerunt: diu ipse Cap. 47. expectauerat. Credo solum prouidens sua minorem patientiam. Vtrum plus miraberis? Obstinatione illius constantiam, & inflexiblem frontem, quum spoliatus opibus, armis, seruis, prole, non molliter exuta, sed lacerata felicitate nudus manxit, ut sanie innataret: an, cum rebus omnibus affluens, adulante sibi per omnia fortuna, persuasum fuisse euentura mala, quæ euenire nemo sanus putaret, prævidisseque non visa illatenus vulnera acerbissima, & præter morem fortis? Nullus casus illi repentinus venit se euro regiis gaudiis, diuinitiis, opulentio possessionibus, armamentis, venerabilis filii; occupato procuratione regni, substantiæ, familia, prolifico. Vacabat ad cogitatus, fortasse quipiam dictere, otiosos, quippe extra potentiam, aut morem fortunæ, & inuidice vota. Ait ipse: Timor, quem ti-

mebam, evenit mihi; & quod verebar, accidit. Equidem & timuisse aequo miror, atque tulisse. Quenam maior gloria fuit, tot mala toletata fuisse? An non impouisa? Non minus ad exemplum egregium tolerandæ felicitatis, quam adversitatis positus est Iob utriusque fortunæ doctor. Eaque prudenter & timide bonam tulit, quam patienter & animose malam. Nouit cauerre in illa, audere in ista. In obinde non metuit istam, quia timuit illam. In ipsis vlnis felicitatis ferrebat blanditæ sibi, vt nutrit cum infante solet. At ipse, cum nulla mutanda fortis suspicio erat, expectabat omnia aduersa, ad illam se adorans. Quid erit, sibi dicebat, si retum tuarum dimidium auferet casus? quid, si armentorum partem? quid, si omnia? quid, si & bubulcos & opiliones pariter? quid, si ignis cælitus demissus omnes greges cum pastoribus absorberet? quid, si his accedat iactura camelorum, & custodientium seruorum? quid, si malorum cumulus, liberorum charorum morte surget, & fato iniquissimo? quid, si hoc acerbum poculum inuidentis fortunæ, non per haustus aliquos, sed uno spiritu es compellendus exorbere? quid, si omnem istam seriem calamitatum, non in anno, non in mensie, non in hebdomade, non in die; sed in hora una, impetu concordi, irruat? si minori spatio, quam cogites? Quid, si post istas saevitas vnuim tui perfugium sit, non nosocomium, cum Rex sis; sed sepulcrum, adhuc te superstite? nec istud humanum, sed caninum, fætidum sterquilinium?

linium? Vbi omnis familia tua, tuis ipsis visceribus hospitata, sint vermes, vt qui mortua corpora absumunt, te cum spiritu excedant: vt non fortuna modò, sed natura iniqua tibi sit, & extra morem suum te spiritantem corruptat; tam acerba, vt solum tibi mortem neget, vt omnia adeo tibi defecerint, & ipsum deficere? Quid, si ultra naturæ matris iniurias, etiam experiaris humanitas, fidei, amicorum, vxorisque amantissime? Num propter ea torpabit mens tua, deturabilis tur animus? At ille

*Vna rupe manentior,  
Ferri decocti robore durior,  
Spes cui altè fixa petra fuit.*

vt Ceson canit, Non, inquietebat: pluris enim animum nūcum habeo, quam pecora; pluris tranquillitatem meam, quam turbam simulorum; pluris rationem, quam armenta; pluris virum esse, quam diutinem, quam Rēgem; pluris sanitatem animi, quam corporis; pluris puritatem affectuum, quam intolerantiam fætidorum artuum. Colligat suas copias fortuna: noua torquendi inuenta adornet: experiarum summum, quod possit: pluant infortunia: omnia expecto. Hoc secum computabat, hoc decernebat pugil ille Dei. Nec situ sordebat in pace: victor ubique, & intra pectus suum fortunam tunc blandientem iugalabat: & velut strenui duces semper se exercet & belli quadam imagine gaudent, eruditunturque, aut venationibus, aut velitationibus; sic Iob se instituebat maliis; sic se

exercebat, & in ipsa fortuna venabatur infornu-  
nia. Peritus itaque & fortis nouit uno, eodemque  
animo ferre duas fortunas, & inæqualibus re-  
bus æquali spiritu adæquari. Sciet & quisquis di-  
cere possit:

*Futuras mecum commentabar miseras,  
Aut moriem acerbam, aut exilij mastam fu-  
giam,  
Aut longas aliq[ue] annos ex meditabam mali;  
Vt si qua iniusta diritas casu foret,  
Ne me impavatum cura lacaret repens.*

Cap. 43.

An in stadio pugil aliud potuit expectare, quām iētus, plagas, vulnera: Sed ante feriam pugnam velitatio. Nemo rūdis inuadebat armum: in vacuum prius aliquot iētus p[ro]cedebat, iactabat irritum lacertum, cedebat aërem. Ita ante decretoria arena trahemus lusoria mala. In stadio fūmus: armula fortuna est: non nisi vulnera expectanda; sed prævisione erudiendi sumus. Vacua aliqua infortunia toletamus, præpara-  
to ad omnia animo. Assuetudo & seras miti-  
git; deformis n[on]spectus consuetos non terret: ita mala cognita nec ferocient, nec formidabimus. Confitantia sunt, terreniæque opinione. Hanc  
mentiò Lamiam vocavit Socrates. Quemadmo-  
dum milites per se Regis, cum eclipsim igno-  
rarent, perterriti incipiunt caligine cœli, animos & victoriam amiserunt; Romani consej serua-  
runt Martios spiritus, celestem vicissitudinem admoniti à perito Duce. Ia sunt pleraque aduer-  
sa, que sola conscientia sui nec terrent, nec ti-  
mentur,

mentur, & innoxia sunt. Eadem impropositio de-  
fecture lucis clarissimi Nicæ obscuravit glo-  
riam, turpi suorum terrore, & fuga. Non minus iuuabit præfigos esse defecturæ fortunæ, quam  
Solis.

## P R A E C E P T V M III.

*Timenda non confingere.*

Cap. 43. **V**erum hæc, quam commendauiimus ma-  
lorum prævilio, perspicacia sit, non hallucina-  
tionis. Aliud est videre, aliud videri. Ver-  
bera, minimeque fortunæ premeditanda sunt; qua  
innocente, inutiliter formidandum non est.  
Pharmacum, quod ægrotantem recreat, sumum  
fortasse corrumpet. Quare hac molestiarum  
contemplatio, ubi imminere potest discrimen,  
salutaris est: ubi pacata & facilia omnia, præter  
phantasiæ; noxijs hic respectus erit. For-  
midabimus, quod ipsi fingimus: cum ardua,  
qua timemus, non sunt, nec erunt; sed faci-  
mus: cum nihil ægrum est, nisi quod ægra ima-  
ginatio fabrefecit. Tunc minimè meditanda  
sunt isthac phantasmatæ: resocetur ab his  
mens: nullo medicamento est opus: ina-  
nia sunt: cum accedant per se, euant. Arte-  
monem infelicem fecit stulta inanum periculou-  
rum formido. Plus lacerauit illum superuacua  
cuta, quam ipsa discrimina vexarent. Cassan-  
drum

drum examinavit timor statutæ. Imaginatio est, quæ torquet; nec aliud, nisi ipsius damnum. Ita solum eger pharmaco, & fatus remedij erit, si nō sit: si ipsam cōpescamus, potissimum cum timentia apprehensione altas egit radices, quæ ratione nō facile euelluntur. Sæpe obstinata quædam opinio reluctatur rationi, contra cuius fidem credit, formidatque aliquid arduum, sive acerbum, sive ignominiosum. Tunc satius est relinqui: sed pertinacia reficitur, quæ plus refellitur. Ut contentiosos mitigatione, cōtradicendi non sunt, sed relinquendi, donec pacati ipsi se agnoscant, resipiantque. Tunc oportet non tam refutare illam, quam strangularē auocatione mentis ad alia, ne ipsa imaginatio loquatur, non ratione, sed impetu opprimenda. Amentem, & furiosum, qui monita non audit ligamus, ne cui noceat: ita coercenda est phantasia stulta, donec paulatim sine v̄su sui flectat se, & vires ponat; ut, quæ ratione non paret, pereat tempore. Hac arte panici metus medicandi sunt, qui obstant, ne cum dote & elegantiæ sua peragamus honestia. Premunt formidines illæ spontaneæ pusillo animos; cor mente turbata deturbant: vt erigatur, suoque rectum statu fistat; flecti ad temeritatem ianat. Intrepidos inconsiderantia facit ita timidi, vt istuc vergant, ne attendant inania. Nec tamen rationem auxiliarem penitus exclusio: scendat quandoque est, sedato, scilicet tumultu, &c, vt sic dixerit, ira illa inanis timoris pacata. Non monetur opportunè iracundus,

dum

dum furit: ita istæ formidines, cūm deferuent, corrigi iudicio possunt.

## PÆDEVSIS VI.

**R**estat nunc adiicere vñsum meditandorum *Cap. 50.* malorum, quæ præterita sunt. Istorum partim recordari, partim obliuisci oportet. Illa, quæ, licet antiqua sint, recentem, crudumque senium habent, nec senio diritas ipsorum se flexit, nec maceratus est tempore primus vigor, obliuione fallere necesse est, ne lempitemus sit dolor. Interdum pruriginæ quadam dolendi infortuniente repetimus; & velut scabie incitatæ refricamus dinnam nostram, vt nos diu exedant. Potius tunc iuncta, si ratio non iuvat, substituere memoria iucunda pro acerbis, & eorum reminisci, quæ benè acta, & nobiscum, & à nobis, quorum euentus delectat, quorum commemoratione recreat. Seruus ille Alſirubalis homicida in cruciis levitiam, risumque retinuit recordatione vindicati heri. Sed ista pro infirmioribus dixerim. Licet quoque spatiari mentem per latissimos campes spei, & libamenta felicitatis future prægustare. Non est ista voluptatis ars, quam docuit Epicurus, dinnanda: falso licet usurpari animo. Præcipiebat hic ingeniosus voluptatis faber, vt continuum illam

S 3 faceret

Cap. 51.

faceret inter tot interpellantes irruptiones fortunæ , malorum obliuisci ; placidorum vero , iucundorumque cogitatione iugi fovere lœtitiam , iam præteriorum , iam futurorum . Ita est . Volutus licita commenemorata fidelior , & diuturnior est , quam illicita præsens . Extra angustias eximenda sunt gaudia , nec solum breuitate sua durationis frumentum . Non quondam sunt dumtaxat ; quondam cogitantur , frui quoque potes .

Malorum vero , qua vim suam mitigarunt , utilis memoria est . Discimus ex præteritis dannis iam vtilibus , si nolimus perdere . Hinc prudenter character , meminisse præteriorum , agere præsentia , cauere futura . Quemadmodum de prætentibus Aeschylus ait :

*Quæ opus A dñi, παρὸν εἰστι, μὴ παρὸν δεῖς.*  
sunt , præfens Ita , inquam , dispice præterita , ne senex sis , tandem  
dispice , ne quam non natus . Hinc prouide futuri , ne super-  
ficies moriaris . Mortalem te pures , non mortuum .  
Discendo pati , dedicimus miseriæ . Putemus ,  
præsentia aliquando fuissæ , qua modò non do-  
leimus : putemus , qua modò doleimus , præterita  
aliquando fore . Par utrisque vis est . Tempus no-  
nit exercitia reddere : sciat nunc ratio . Ne timea-  
mus nunc paucæ , qui plurium iam obliiti sumus .  
Cur non amittimus reuerentiam malorum ,  
quorum iam amissimus memoriam ? Non sunt  
terribilia præsentia , quam præterita fuerunt ; &  
tamen imbellia experimur , vt nullo impellente  
excederint . Dies illa placuit .

PÆDEV

## PÆDEVSIS VII.

Inutilitas , &amp; curiositas mentis prohibenda .

A d clausulam gubernandæ cognitionis Cap. 52 .  
Aliud ad monebo erratum . Non tantum  
intellectus peccat fallacia opinionum , & lan-  
guore veritatum ; sed & inuiscitate . Cur per in-  
ania distrahi mens in Philosophie , virtuti ,  
Cælo , Deo , natam ? Cur curiosi scire volu-  
mus , quæ ignarus nos detinébunt , aut faciens ?  
Res frigi sapientia est . Scire , quod non prodest ,  
proximum est ignorantia : velle istud scire , iam  
est cum stulticie infamia . Iam nocet scire , quod  
non prodest : impedit , quod prodest . Incommo-  
dum est commodi obstaculum ; & noxia , con-  
temptus salutis . Satis falsa eius scientia est , qui  
solum vult fallere diem . Ne queras in scientia  
oblephantum animi , sed remedium : nam ,  
nec , cum languet corpus , queres prius volupta-  
tes , quam valetudinem . Ad vitam , vt ad viam ,  
parare oportet , non pretiosius viaticum ; sed ,  
quod magis necessarium , vt Criton monuit .  
Discamus non opinioni , sed vita . Ille sapit , qui  
nouit redimere tempus , & solidare fluentem  
rem opere . Scientia ad honestam est , & ipsa in  
honestorum censu : scilicet , est , vt virtuose  
operemur , & ipsa virtuosum opus . At , si super-  
vacanca sit , iam illam è sua familia pellit virtus ,  
res maximi compendij , frugi , neccssitatis .

Summum

Simum inter animi ornamenta est sapientia: sed facilis inuenit, si sapere volumus re, non specie. Nisi quereremus supereructa, parabile est inuenire necessaria. Compendiosum est, quidquid vele; parum, quidquid necessarium. Non melior, nec beatior est voluntas, qua plura cupierit; nec mens sanior, qua plurima noverit: non est in supereructum laxanda, sed accommodanda operi. Etiam mentis intemperantia nocet. Verilime ~~ad~~ hylus:

*Qui vellit  
nunquam qui  
multa, se  
pens eff.*

*O γένος εἰδως, οὐ δύοντας εἰδότες.*  
Discamus vivere, non loqui. Opera in promptu sunt, non verba. Otiū alimenta contemnamus. Quæramus fomenta virtutis, eoque quotidiana meditatione pervenire, sicut Democritus monobat, ut sua sponte occurrant salutaria; & ubique, & statim desiderata præstò sint, & sine illa mora veniat illi turpis, honestique distinctio. Sciamus, nec malum esse ullum, nisi turpe; nec bonum, nisi honestum.

*Cap. 53.*

Nosse stellarum vires gaudes? inepties, postquam scieris, si ignores infirmitatem tuam. Hac incipe. Letamur scire noua: quid magis nouum, quam quodd bonus sis? Hoc disce. Placita pugnania delectat concordare: cur non & tua vota discordia, consilia repugnantia? Errores alienos liber refutare, cur nostros probamus? Volumus alios docere, nos nos emendare: Iuua scire facta ab aliis, & à nobis facienda ignorare. Nosse omnina volumus, nisi nos. Stultus putaberis, si conflagrante domo tua, accitus ad extinguendum incen-

incendium, ceteris occurrentibus ad remedium flammæ, tu prius ex otio morareris, ut papilio nis alas notares, quibus distinguenter coloribus, aut pedes vermiculi iuli numerares. O incipit, exurunt cor tuum cupiditates, cur alia attendis? Vicini tui testa non pateris ardore, & pateris præcordia tua illi, in cuius domum ignis leviebat, nihil aliud prius, quam incendium humatiæ; non prius narrates fabellas vulpecula, non quot catulos peperisset canis; cur tibi tantumdem nugarum nuntias, & taces illos ignes posthumos, qui manent te, & quod properas? Taces mortis edictum in tuum caput; taces insidias fortunæ; taces conditionem tuam; taces hominem esse: ita tibi nuntia; horum te certiore facias. Alia non vacat scire; & si vacet, disce prius necessaria. Disce non querere tibi maiores: disce, ne te illi inueniant. In multis formido inuentum nostrum, in nonnullis incertia, in omnibus auxilium est. Disce fortunam ferre sine odio alieno, & infortunium perferre sine ira tua. Disce bonum esse, & amatā à bonis. Itaque hic vius mentis sapientia est; sapientiae vius, virtus; virtutis vius, opus.

\*\*

PÆDE V

PÆDEVSIS VIII.

**Cognitio diuinorum maxime persicit intellectum.**

**CAP. 54.** **D**enieke, in compendium ceteras instruendae mentis praeceptiunculas redacturus, vno praecepto; adiuto illud Theagetus: *Ἄρχα ποτε καὶ τίταν, καὶ νεφελὴ εὐθὺς τὰς ἀσπόριτες καὶ αὔτην τὸν δῆμον, καὶ μετάποτες εἴπειν.* Dei cognitione, & honorabilissimarum veritatum specieas ceteras mentis conceptiones erudit, disperget nebulae. Regula cognitionum, amul- sis veritatum est contemplatio prima. Hac ca- terat gubernabit, vt prior machina rotæ cœtæta volvit. Cardinalis illa cognitione versat alias. Dio- cles, sapiens Philosopher, sapientior Christi suscipiis, egregie inquit: Mens, quæ recessit à Dei contemplatione, sit, vel Daemon, vel bestia. Ni- mirum animi partes distribuit, rationalem con- sortio diuina cognitionis honorauit, qua non fulcire statum hominis, rationem, erexit cupiditas, insurgit ira, pessimarum opinionum af- fœcta: in bruta libido, in furias furor nos trans- fundit. Maximè autem notitia Dei salutem ani- mi gubernat. Quemadmodum autem, vt vi- deas, oculi curandi sunt, quibus vides: ita, vt re- bus iusta pretia imponas, vt ex ratione iudices, vt sapias, vt bene viuis, animus curandus est, per quem viuvis & iudicas. Oculus, qui lumen nequit

*Cognitio diuin maxime persicit intell.* 287

nequit intueri, infirmus est, cetera non videbit; ita Deus cognitus recta iudicia rerum auspiciatur. Citius tamē sanitatem corporis, quam animi querimus. Multum inter utramque interefit. Valeritudinem corporis ejusdiment, qui carent; sanitatem animi, qui habent.

Dicisici falsas rerum opiniones quisquis se cogitare exemplari Deo factam , & Deum sine diutinis felicem , sine voluptatibus beatum , sine falso honorabilem , se solo contentum , suffici-  
tem , latum . Anne putabit bona , quibus Deus caret , & latus est ? quibus mali abundant , & miseri sunt ? quibus fere , & non felices ? Anne qui videt summum bonum , propositam animi sui normam , illud audebit querere per mala , frades , sceleris , & si vis adiungere , opes ? Male queritur per miserias beatitudine , cuius error tot membra habet , quot vota . Tantum bonum est , vt à malis etiam appetatur : immo , quod miraberis , idè sunt mali , vt sint beati ; tantò tamen discendunt à beatitudine , quantum accedere , aut volunt , aut putant . Causa est ignorare viam , aut pro ipsa habere . At neque in ipsa , neque in via potest errare , qui Deum , beatitudinem suam noscet ; viam , virtutem ; & hanc quoque quandam esse felicitatem viaticam . Homo alias alio ( vt Barlaamus Gyracensis philosophatur ) melius vivit : ergo terminus est naturæ humanae finite , in quo bene vivat : hic beatitudo aliqua est . Be-  
ne vivere , est beatum esse : bene autem vivere , bonis suis definit : bona autem sua summo bo-  
no .

nos. Sequi Deum, parere, colere, amare, omnia ex officio agere, virtute regi haec bona sua putabit, qua ducunt ad summum, quibus se Deum similem & vicinum facit, qua gubernat ratio. Cetera contemnet, nec bona per se aestimabit, nec adiuncta. Diverla non augeri beatitudinem; nam nec linea augetur punctis, nec superficies lineis. Vider Deum confitens quid, eternum, idem semper: ad eius exemplum colligit bona sua, eligit flantia, perpetua; non illa, qua petire possunt, qua labi, qua rapi: in ipsis felicitas non est: praestarent manentia; nihil felicitati praesta. Non est beatitudo, qua insipientia est, aut anxietudo. Qui ignorat, bona esse caduca, beatus cum ignorantia non erit; qui scit, cum timore miser erit. Dices, non timendum, non dolendum, si miserit: sed negligendum & vile sit, non beatitudo, quod contemni debet.

Cap. 56.

Quid moror? Qui noscit Deum, sapit: qui sapit, ridebit mortalium nugas; ridebit ineptias, quas opinio intrusit. Non vides opinionem corruptisse omnia iudicia? Pro ornato iam onera suat, & ostentationem felicitatis faciunt imitationem misericordie. Catenis se onerant ingenui; & quod aurea sint, infamiam seruitutis non erubescunt: cum magis captiuus sit, qui auro, quam qui fero vincitur. Sua vota ipsi accusant aurum, dum ipsis, velut fontes, vincuntur, aut amentes. Lepidè Nicolaüs, videns quendam varijs generis catenulas collo sibi circumdantem, Ceteri (inquit) stulti vñica catena se vinciri patiunt

patiuntur; huius autem infamia vna catena non est contenta. Aliquos non tantum ligat aurum, sed figit: per vulnera inferitur auribus, aut naribus perforatis. Quis tyrannus, vel Phalaris aliquis per malefactorum artus immersit vineula? Avaritia non ligat solùm, conserit intra humana corporis tormentum suum penetrare cupit. Quid addam? Gloriam humanam faciunt, qua contempnit pecus. Nobiliores putantur ob filium lanæ subtilius: nemo, qui se nobilem putaret, reiccam ab alio amictum indueret, ne dicam, ostantaret; & tamen abiecerant ouium vestem, aut vermiculi vomitum iactamus ad gloriam. Potes sereno, puro, legitimo nitore ficerum, Solisque perfusi gratis; & magno emis splendorem dubium gemmula. Honos opinione quoque addictus diuinitus est: plures hoc dumtaxat titulo, quod locupletes sint, coluntur, & tantum non diuinæ cæteronias admittunt: ab his etiam, qui viles & abiecitos auratos putant, nec vilium nummulum ad se venturum ex tanta aggestione: nisi velis illud esse meritum auari, prohibuisse aliis aurum, ne alij malo sint, ob quod ipse pessimus: in hoc solùm beneficus, quod venterit, vnde laeti posces. Mortem pariter aestimatio foedauit: mala putatur, que non est nisi malam facias: terribilis, repentina, violentaque habetur. Gladios, fulmina timemus: certe ex se plus timendum esset pepo, qui in tonitra: prolixam ille & molestem mortem facit: istud leuen, & fine sensu; quantò magis sine molestia?

T

Maximi

Maximi quoque erroris est, estimare vitam annis, non operibus: maximoque opinionis damno inopinantes accedimus ad mortem: & cum audi viuendi sumus, nunquam volumus, ad id tempus reseruantes viuere, ante quod morituri sumus; tunc proponentes incipere vitam, ubi finitur; remittentes ad illam etatem virtutem, in qua etiam virtus inutiles erimus. Minima pars vitae est, qua viuimus; & eligimus deteriorem; & cum queratur, exiguum esse tempus, nihil libentius perdimus. Non tempus exiguum est; sed nos exigue estimamus. Longa fatus vita est occupanti. Postquam amissimus tempus bene viuendi, tunc volumus, cum satis esset vivere: sed etatem bene moriendo dicatum reseruamus, ut bene viuamus. Ante senectutem curandum est bene vivere, in ipsa bene mori.

Cap. 57.

Prædictus tamen cognitione diuina non se his commouebit rebus, siue possideat, siue spoliatur; confidens nihil bonum in illis, nisi vsum esse, & electionem animi. Non aliter ac pueri, dum testulisi ludant, de victoria solliciti sunt, non de lapillis, quos statim proficiunt: sic non de rebus, sed vsum rerum, ne pueris insipientior sit, prouidus erit. Noscit omnia à Deo esse, & ad ipsum à se reducenda. Seier, qui conspicatur caelestia, & diuina, alias voluptates præter sensum exceleniores, nec delectationes corporis præferet, ubi Deum beatum sine corpore noscit: nec in argumentum iucunditatis sumet, quidquid cum specie

Cognitio diuinam maximè perficit intell. 291

specie letitiae, cum risu fecerint homines: nam & infani & phrenetici rident, cum valido iactu caput parieti illidunt. Non libidinem, non gulam estimabit, nec ventrem colet. Ridebit vorantium amentiam æqualem Barbatis illis, qui seruum, quem postea occisiuri erant, consecrabant Deum: si hellunes adorat, quæ destruunt seruili animæ, vilissimo ventri sume, iunt Reginam mentem. Quid nec mortem timebit, nec amabit vitam, quam solum nescit timendam: nam à mala vita solum mors est mala. Hoc animo erit, ut pro eo, ut res postulaverit, patienter, si non libenter, pereat; & sine metu, licet cum dolore: neque pertinaciter volet, aut viuere, aut mori, sed pro re nata non gladios, non enses formidabit. Epictetus Atriani ad exemplum huius Philosophiæ obiecit suis auditoribus Christianos, atque ad simulationem sapientias ipsorum iniuriam: sic vocauit sapientiam Dei homo ethnicus, quam verissime prædixit diuinus Paulus videri gentibus stultitiam. Admirabilis tamen ita stultitia Epictero fuit visa, quam propter ea proposuit sapienti imitandam. Certe nunc quoque, qui pariter contravenient vulgi sententiis, & etranis multitudinis iudiciis, insanus videbitur; sed non nisi insanis.

Cætetur, ut iuuat cognitione Dei veram astimationem, ita iusta astimatione rerum, id est, contemptus, iuuat cognitionem Dei. Contemplari diuina animus nequit, nisi contemptu corpore:

T 2 at,

Cap. 58.

ar, qui contemnit corpus , nec mortem timebit, nec voluptates amabit, minus iplarum instrumenta , diuitias. Scit impedimentum veritatis corpus esse ; illo se pro viribus defuet, quod scit malorum cauam. Bella, rapina, proper diuicias sunt ; diuitiae proper corpus : quare, contempto corpore, diuitias contemnet ; contemptis diuitiis, innocens erit ; cum innocentia pacatus, liber sui, cum libertate contemplator diuinorum; cum contemplatione diuinorum contentus Deo. Diuinus Paulinus ait:

*Nihil de mundi sumere censu.*

*Mens opulenta Deo voluit.*



## LIBER



## LIBER QVARTVS, DE ARTE VOLVNTATIS.

### PROÆRESIS I.

*Circa affectuum usum.*

V N C ad singularia venimus, *Cap. I.*  
singulos instituti voluntatis  
impetus, in rem publicam dige-  
rendos, ne turbam confundamus,  
vt correcto affectuum vulgo, sua  
restituatur monachia, sius principatus gaudijs,  
dominatio pacis, imo & sius honos voluntatis,  
sius decor naturæ. Iniquus Zeno visus fuit, at-  
que, si Hieronymo credimus, Pythagoras, quod,  
ut infamaret affectus, malos dixerit. Commen-  
dauere, siue Pyrrho, siue Stilpo, vacuitatem  
suum. Condemnauere, qui de Lyceo sunt, excel-  
sum. Cum errore omnes, nisi idem velint, ferre ut  
Augustinus tentauit. Exenim superelix naturæ  
mala non est, nec supereructa. Arma, & membra  
animi cur sucedimus? Mutius animus sine af-  
fectu.

T 3 febru.